



**Commentarivs Pavli Bernriedensis, Antiqvi Scriptoris, De
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

X. De differenti visione Herlucæ inter supra dictam Adelhaidam, & sorores
eius sanctimoniales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](#)

molarem vel tunc, vel alia vice ab eodem maledicto detrusa.

VII. Quodam etiam tempore exprobrait ei idem aduersarius, quod gazophylacium suum fecisset in foramine muri; ubi certe non nisi unum denarium reponuerat, quem in charitate à quadam matrona accepserat.

VIII. Acceptabilius in properium fecit ei S. Felicitas, mater septem filiorum, super quodam mendacio, licet pio: quo videlicet protexerat ancillam quandam ab ira dominæ suæ. *Malè, inquit, fecisti, polluendo labra tua qualicunq; mendacio. Non enim sufficit Virginis sola abstinentia viri: nisi quantum sapere potest, abstinenſs esse velit omnis mendacijs.* Nam, ubi veritas corrumpitur, corporalis integritas non magni pendit.

IX. Opportunum hīc videtur introducere narratiunculam ipsius Herlucae, de quadam Virgine penitus mentiri nolente. Huius itaque fratri assultum quadam die facientes inimici, fugere eum cōpulerunt in ædem, quæ fortè posita erat iuxta sororem. Porrò illi opinione ducti magis, quam visione, venerunt ad eandem sororem, eamque interrogauerunt, si præcurrrens homo illuc intrasset. At illa nec pro fraterno periculo mentiri volens, intrauit, inquit: ipsi vero exultates in spe pessima, intrauerunt ad perdendum eum. Sed C H R I S T O, qui Veritas est, propitiante, & sui dilectionem in germanitutela honorante, cum omnia præter ipsum cernerent, ipsum non solūm lādere, sed etiam aspicere, diuinitus prohibiti sunt.

X. Nec hoc prætereundum, quod ipsa Herluca narravit, se in spiritu vidisse dictam Adelhaidam Palatini Comitis vxorem in amœna quidem regione degen-

Y tem,

tem, sed longè ab illa virginali, quam præsignauimus, sorore ipsius claritate differentem. Nam & pauxillum nebulæ videbatur habitaculum eius aspergere ad designationē videlicet transactæ conuersationis mundanę.

XI. Habebat tunc temporis *Herluca* probatissimos

a De quo multa Trithemius in Chron. Hirsaugiens. Et supra in Notis ad Etatā Greg. VII.

b Trith. Diet. gerus.

c fort. compitiis.

d pro alitoribus capienda vox.

sacri propositi monitores, beatum scilicet ^a Wilhelmū Hirsaugiensis monasterij Abbatem, patrem, eiusq[ue] discipulum ^b Theocarium, quem post Abbatiam S. Georgij, Metensem Episcopatum sanctitate, & doctrina illustrasse cognouimus, ipsumq[ue] post obitum Clunia-

ci sepultum miraculis claruisse comperimus. Adhuc enim in eorū ^c conpetis vltra Danubium cōmorabatur.

XII. At postquam nobiles ^d alumnos suos Rutber-

tum, & Hadiuuigam fortè comitata deuenit in ripā Ly-
ci fluminis ad locum magnæ antiquitatis, qui vocatur
Eptaticus, tantam suavitatem protinus degustauit in
patrociniis beatissimi Leuitæ Laurentij, cuius inibi Ec-
clesia est, & sancti Wicterpi Augustensis quondam Epi-
scopi, cuius ibidē corpus in Oratorio sanctæ D E I G E-
N I T R I C I S M A R I Æ sub altari locatum quiescit,
vt prædictis alitoribus suis ad propria reuertentibus,
nullatenus cum eis redire consenserit. Irascebatur qui-
dem carnales patroni, nec residuè quidquam dispo-
nabatur alimenti: sed spiritualis consolator Wicterpus
appatens ei blandiebatur dicens: *Mane hic mecum, filia,*
& ego, quidquid te offenderit, remouebo.

XIII. Præfatus quoque VVilhelmus Abbas consiliū ei dederat, vt in quocunq[ue] loco diuinam magis experi-
retur dulcedinem, in eo quām maximè longam faceret
conuersandi stabilitatem. Tales ergò duces secura con-
tinuauit habitationem suam Eptatichi plus minus tri-
ginta sex annos.

XIV. So-